



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Desiderius. Dialogvs Vere Pius, & Comprimis Iucundus, De  
Expedita Ad Dei Amorem Via**

**Comalada, Miguel**

**Elvaci, 1685**

Prologus Auctoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60062](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60062)



PROLOGUS  
AUCTORIS.

**D**igna reprehensione  
est accepti alicujus  
beneficij notitia,  
cui debita erga Auctorem  
gratitudo non respondet.  
Nam qui beneficium acce-  
ptum probè agnoscit, is eti-  
am jure naturali magis largi-  
torem ejus amare debet. Et  
nunc, dulcissime JESU,  
codices omnes eâ tuæ sacra-  
tissimæ Majestatis & Divi-  
As nita-

nitatis, æternique Patris tui  
notitiâ abundant, quâ nos  
præditos esse convenit: Ex-  
tat Sanctissimum Evangeli-  
um tuum, præstantissimæ  
humanitatis tuæ sanguine  
tinctum & exaratum, quo  
teipsum, nobilitatem & per-  
fectionem tuam, ingentem-  
que amorem, quo nos sem-  
per prosequutus es, atque  
etiamnum prosequeris, co-  
piosè perspecta habemus.  
Ita mi Domine, libri ubique  
hisce rebus pleni sunt. Mun-  
dus plenus Concionatori-  
bus, veluti tubis quibusdam,  
quæ

quæ tuam nobis virtutem & excellentiam prædicent & annuncient, ad tui nos amorem & venerationem, & ad laudes gratésque tibi agendas incitent & permoveant, efficiántque, ut te creatorem & longè amantissimum Patrem nostrum agnoscamus. At nihilominus tanta est nostra ingratitude, oblivio, tuiq; incuria & contemptus, ut nemo penè sit, qui te quærat, sed cuncti in obscuros ac tenebrosos peccatorum angulos & latebras fugiamus. Quamobrem Domine DEUS  
A 6 meus,

meus, indignus hic servus  
tuus, tuâ fretus gratiâ & ope,  
quo à tuis creaturis melius  
cognoscaris, ameris, co-  
laris ac honereris, exiguum  
hoc Opusculum suscepit &  
confecit, ut servos tuos tibi  
deditos, ad virtutem & san-  
ctimoniam extimulet & in-  
vitet. Cuncta autem quæ  
hîc dicentur, rectius sen-  
tientium iudicio & sanctissi-  
mæ & immaculatæ Catho-  
licæ Fidei Regulæ submissa  
sunt. Et quia hisce tempo-  
ribus propter nostra peccata  
tam ingens est tepor & desi-  
dia

dia nostra, veriq; amoris tui  
 affectus & desiderium tam  
 nullum & exiguum, varijs  
 Domine auxilijs & incita-  
 mentis cumprimis habemus  
 opus, quibus ad tui amo-  
 rem excitemur & urgeamur.  
 Quapropter & totus hic li-  
 bellus parabolis & similitu-  
 dinibus est refertus, eam sci-  
 licet sequens rationem, quâ  
 tu DOMINE potissimum  
 usus es, parabolas in altissi-  
 mis institutionibus & do-  
 ctrinis tuis, adhibere  
 solitus.

\* \*

\*

PARS